



**R.D. Iacobi Merchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantivm**

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Festo Sacramenti, Lect. 7. tripart. Iubilate Deo omnis terra servite Domino
in lætitia, introite in conspectu ejus in exultatione. Explicat hæc Lectio
Psalmum nonagesimum nonum, & totum applicat ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

meditationes illud ruminaret, & adoraret cum affectu pie trahi suavissimo. Unde quantum sibi gravum foret istud obsequium voluit Deus specialiter miraculo ostendere. Nam in felle dum expectus aperiret, repetta sunt tres pellicula rotunda convoluta, instar triplicis nucis; erant autem ejusdem magnitudinis, ponderis, coloris, & una tantum ponderabat quantum altera, & unica seorsum tantum quantum aliae due simul. Hoc autem erat in testimonium hujus mysterii, in quo est aequalitas in tribus personis. Sic quia & ipsa erat de mortis mysterio passionis & crucis Domini inventa fuit in corde ejus imprellata figura Crucifixi cum instrumentis Dominicis Passionis, clavis, lancea, columna, spongia, funiculis, instar nervorum hinc inde in utraque parte cordis dispositis. Quapropter haec B. Clara pingitur quandoque cumbilance in manu una ponderans hos supradictos globulos, & in altera manu cum Crucifixo incalpro in corde cum instrumentis Passionis Domini.

S. Barbara. Sic etiam S. Barbara tanto pietatis affectu Sacrosancta Trinitati fuit addicta, ut cum Pater ipius Dioscorus, vir nobilis sed Gentilis, in altaria ob egregiam pulchritudinem eam custodiendam inclusisset, balneumque cum duabus fenestris ibi fieri jussisset; ipsa absence Patre tertiam addidit fenestram, & labri pavimentum crucis signo quod Trinitatis professionem continebat unde exhortari voluit. Cumque reveritus Pater de tercia seuestra inquireret, de hisque signis pavimento impresis, Virgo occasionem nocte de Sacrofano & Trinitatis mysterio & de fide illius mysterii ad salutem necessaria multis differret, ad illam fidem Patrem exhortans calcatis idolis Verum Pater in imperante permanens, & furore quodam in filiam ait, etiam proprias manus polt multa tormenta in eam injectis capite ipsam truncans; ipsa autem constantissima permanens, cum gaudio morrem obiens pro fide gloria SS. Trinitatis.

In mediis. Poterat ergo ipsa dicere cum S. Augustino, possumus & nos: *In vocat te Dominus Deus meus casta conscientia mea.* Et iuvans amorem fidei mei, quam excusis ignorantia tenebris ad veritatis intelligentiam perduxisti. *Invocat te Trinitas, beata vox clara & suavis amor fidei mei,* quam ab ipsis emurientes cunabulis illuminatis semper per illustracionem gratiae tuae. Et quam adangens confusus in me per documenta Matris Ecclesie. Te invoco beata & benedicta & gloriosa una Trinitas; Pater & Filius & Spiritus sanctus, a quo per quem, in quo omnia: Vives vita, vita a vivente, viventium vivificator; unus a se, unus ab uno, unus ab ambobus: a quo, per quem, & in quo beata sunt omnia quae cumque beatata sunt. Te decet laus, te decet honor, te decet hymnus. Tibi omnes Angeli, tibi coeli & universa potestates laudes indescenderet concipiunt. Te omnis creatura magnificat, omnis spiritus laudat. Propheta & Patriarcha Apostoli & Martyres, Sacerdoti. *Evang.*

dotes & Confessores, Virginés & omnes electi ibi laudes dicunt, & ideo & nos cum illis te benedicere peroptamus pro modulo nostro in hac valle misericordia, & tandem laudare & superexaltare perficius in secula seculorum.

Iubilate Deo omni terra, servite Domino in latitia;
Eccl. Psal. 99.

*S*i unquam propter aliquod beneficium Deo deberet gratiarum actio cum jubilo & exultatione, cum humili subiectione & adoratione, maxime haec debetur propter beneficium nobis praestitum in institutione Sacramenti Eucharistici. Est enim illud beneficium inter primaria recentendum, per quod scita nobis communicat Deus noster, ut altius, arctiusque non possit. Non potuisse divina bonitas communicare sublimius, quam natura nostra divinam suam personam uiciendo, ut nos divinitatis sua saceret participes, quod fecit per incarnationem. Ut autem non solum illa natura quam in individuo assumptis tanti boni participes foret, sed etiam ad omnes divinas nature conformatim admirabil modo extenderet, vult omnibus uniti & incorporari, scilicet que totum cum tota humanitate & divinitate sua communicit in hoc Sacramento, ut nos desiceret & sibi conjungat; incorporeosque & consanguineos efficiat, ad germanissimum usque societatem, ut loquuntur sancti Patres. An poterat magis charitatem exprimere, quam tali divina unione, per quam sua nos reficit substantia & divinitas? Ideo cum illud Sacramentum instituit, dicit Evangelista: *Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos;* id que *Iacob.* verum est non solum quia in finem vita dixerit, sed maxime quia tunc dilectio in Eucharistico Sacramenti institutione secessit manifestavit, ut Deus sacri amoris & dilectionis eam aliquo majore testimonio declarare non potuerit, ne ultra possit. Haec igitur Coronis perfectissima amoris perfeccio: haec Columna triumphalis dilectionis, cuiusligi illud potest: *Non plus ultra,* ut alibi diximus.

Merito igitur cum Propheta Regio hodie omnes invitamus ad jubilum & laetitiam, ad orationem & reverentiam, ad obsequium servitutis, & gratiarum actionem, ad contemplationem eminentis hic divina misericordie & suavitatis, ad hymnum & laudem divinitatis. Hoc est quod singulis verbis repetitur: *Iubilate, servite in latitia, introite in exultatione, confitemini illi,* laudate gloriam suarum ei misericordia ejus. Sed videamus, & explicemus singula, hodie ergo que festivitatiparamus, siue nos ipsorum ad laudem exhorreremus.

PARS I.
Prin d igitur dicit Propheta, & nos cum illo Quid sit idem hodie dicimus: Iubilate Deo omni terra. Iubilus.

Aaaa

Bil



*Est autem jubilatio, sive jubilus, gaudium mentis eminens, quod verbis recitari non potest, nec ratione penitus reticeri; unde vox quantum in se est illud manifestare conatur. Hoc est quod dicit S. Greg lib. 8. Moral. c. 40. *Iubilum dicimus cum tantum laetiam corde conceperimus, quantum per sermonis efficaciam non exprimus, & tamen mentis exultatio hoc quod sermone non explicat vice sonat.* Ob istud ergo Eucharisticum mysterium in ejus solemnitate jubilant pie animæ; & considerantes amorem divinum incomprehensibili modo in nos hic effusum, erumpunt in vocem exultationis, possuntque dicere cum S. Bernardo: *Fratres non me capio pro latitudo, quod summa Majestas naturam suam natura carnis meæ, & sanguinis subvenit (ipsamque carnem ac sanguinem specie panis & vivi item velas se totum mihi tradit)* & miserum me in divinitate gloria sine non ad hram, sed in semper inclusa, sicut frater meus, cibisque meus Dominus Deus meus. *Hec exinanit tam dignativa rapit affectum meum, & eorum memoria conceaserit cor meum.* Quia vero pietas nostra nescit sufficienter exprimere gaudium quo ex tam ineffabilis mysterio oriendi debet, ideo cum Angelicis chorus Agnus solemnitatem in celo in perpetuum perfecte & consummat peragentibus corda & voces nostras jingimus, & cum illis jubilamus dicentes: *Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & beneficium.**

*Ad jubilum vocatur omnis nationis conditionis, sexus, ætatis, ad hanc jubilationem; non ergo solum Monachii aut Religiosi, Ecclesiastici aut fæcderotes, non solum celibatum profientes, sed omnes omnino in celo terra invitantes, ut sint de illici, de quibus dicit Psalter: *Beatus populus qui scit jubilationem: Domine in lumen virtutis tua ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, quoniam gloria virtutis corona tuas.* Idem ergo est, Jubilate Deo omnis terra, ac si diceret; *Omnis gentes: Omnes qui habitatis orbem: Quique terrigena, ac filii hominum, simul in unum dominum & pauper, ut alibi dixit idem Prophetæ. Cum hoc Sacramentum non sit institutum pro aliqua Natione, aut Regno aut Gente particulari, sed pro omnibus qui per Baptismi janam ingredintur Ecclesiæ, non est hic distinctio Iudeorum Graci, Schyæ aut Barbari, Indi vel Egypti, Principis aut plebei, servi aut liberi, divini aut inopis, maliciæ aut formicæ; ideo ad Jesus festivitatem merito invitatur. Omnis terra. A sole ortu usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & offeratur ac sacrificatur nomini meo ab uno mundo, dicit Dominus. Hæc est oblatio Eucharistici & vivifici panis, quia offeretur sacerdotem, & sumitur ut Sacramentum. Et quidem id sit in qualibet plaga mundi quantumlibet insaniant holtes Christi. Nullus**

*la enim pars orbis adeo est infecta heresi, quia aliqui adhuc tamquam reliquæ & semen sanctum reseruentur qui sunt de populo Dei, ejusque Deificum panem participant. Veliunt, nolint persecutores hereticos, adhuc in Anglia, Hollandia, Dania, Suevia, Asia, Africa America, hoc Sacramentum ab aliquibus confitetur & sumitur, & modò per illud usque ad Indiam, Japoniam, Sinas, nomine Dei honoratur. Ideo universum in ejus festivitate dicimus: *Iubilate omnis terra, in mysterio scilicet quod in totius orbis salutem institutum est.* Audite hunc jubilum & veritatem resonantem in templis Christianorum omnes Iudei Heretici, Athei, Infideles & discepulorum stirpem aperiunt autem interiorum duri cordis huic veritati, quæ tantum habet, ut ab Extremis Europæ usque ad extrebas novi orbis oras efficaciter pervolare, aperire, inquam, aurem & oculos voci & luci fidei, & etsi particeps illius jubili ad quem invitatur omnis terra.*

*Ulterius invitatur omnis terra ad hunc jubilum, quia in hoc mysterio eminet fructus terra sublimis, de quo: *In die illa erit genere Domini in magnificencia & gloria, & fructus terra sublimis, & exultatio sois qui salvati fuimus de Israele.* An non fructus terra sublimis hic continetur, è terra virginis Christus, quæ aperata sine apertione germinavit Salvatoris iuxta desiderium Prophetæ: *Rorate coeli desuper, aperiatur terra & germinet Sakuorem!* An non fructus terra sublimis corpus Christi è pascuæ & fructuæ terra Sanguis Christi de genimine viris? *Educas panem de terra, & vinum latifex cor hominum.* Hic est panis qui de terra ductus cor hominis confirmat. Hoc est vinum quod illud latifexcat. Ergo meritè terra ad jubilum advocatur. Hoc est Verbum abbreviatum super terram consummatum continentis omnium mysteriorum, de quo Apostolus ad Rom. 9. de quo & Prophetæ Iacob. c. 10. *Confirmatiōne & abbreviatiōne Dominus facit in medio omnis terra.* Si enim Verbum æternum Patris se abbreviasse quodammodo censemur in aliumpa carne, jam adhuc magis se abbreviat, dum carnaem & divinitatem concludit Eucharistico Sacramento sub panis specie; dum modico continetur albitante orbe totius Orbis Dominus; dum etiam omnia legis sacrificia abbreviat in unico Missæ sacrificio, in illo victimas omnes consumimus. Cum ergo omnia hac facta sint super terram & propter terram; non sine causa dicitur: *Iubilate Deo omnis terra, servito Domino in latitia.* Nec immixti hinc dicimus: *Venite, & videte prodigia quæ posuit super terram; insuera enim continentia prodigia in hoc mysterio, innumeris prodigiis & miraculis illud Dominus voluit probatum in universa terra.* Quia nulla est Provincia aut Regnum, ubi non sit editum aliquod miraculum in testimonium hujusmodi mysterii admirabilis, quorum omnium simul nesciatis colligere cum jubilo in hac festivitate & celebitate, illique ideo servendum in laua, obsequium omnes ferent.*

ne servitutis offerendo cum omni alacritate & gau-
dio. Ad hæc omnia invitant hymnidici chori, ce-
rei accensi, flores sparsi, rami condensati, campanæ
sonore, thuribula odorifera, & alia exteriora inte-
riorum alacritatis & devotionis incitamenta, quæ a
populis Christiani in hac solemnitate adhibentur
plasquam in omnibus aliis, in signum non solum
communis letitiae, sed etiam in testimonium per-
fectæ fidei & gratitudinis erga Dominum Jesum
Christum hic præsentem.

PARS II. **Psalmi.** Secundum dicitur & iterum repetitur: *Intrōit in
conspicētū ejus in exultatione.* Scito quoniam Domi-
nus ipse est Deus. Populus ejus & oves pacientia ejus
introit portas ejus in confessione, atria ejus in hymnis
confitemini illi. Quid est introit in conspicētū ejus,
nisi stare tamquam in eis præfentia, & con-
spicere eum hic oculis fidei? Nec absconditum
sub specie sacramentali, & dicere cum Elia: *Vi-
tū Domini, in chiesa competit sibi,* dicere cum Ilaia:
Vidū tu es Deus absconditus, Deus Israēl Salvator. Mi-
rabiliter absconditus est hic in Sacramento, sed
ab oculis insipientium & infidelium, non est autem
ab absconditus ab oculis eorum qui sunt vere de
Israēl, verè Fideles. Ipsi enim ideo Israēl nun-
cupantur, hoc est videntes Deum, qui agnoscunt
Deum suum & Salvatorem suum hic abscon-
ditum, illumque oculus p̄ix contemplationis
intuentur & adorant. Conspiciuntur quoque
ab eo, quia oculos misericordia & amoris in ipsos
jacit per species sacramentales, quasi per cancellos,
ita ut hic verum scilicet: *En ipse stat post parie-
tem nostrum, respiciens per fenestras, propiciens per
cancellos.* Nam SS. Patres per parietem intelligunt
carnem quam ex nobis assumptam; appropinqua-
vit enim parieti dum adhuc in carni: & sic ut pa-
ties occursat eum qui post parietem est, sic caro
occultabat divinitatem. Tamen paries ille habeat
fenestras & cancellos quibus aliquo modo poter-
at videat nobis, actus scilicet multos divinitatis;
opera miraculosa, quæ manifestabant eum qui
post parietem latebat esse Deum verum, ut nota-
bilem sit. Greg. Sic etiam modò in hoc mysterio
Eucharistico tam secundum humanitatem, quam
secundum divinitatem latet post parietem spe-
cierum sacramentalium, accidentibus panis vel
vini occultantibus divinitatem & carnem, tam
men ibi nos respicit per modos subtile & enarrabi-
bles: & nos quoque eum videmus per cancellos
fidei nostræ. Unde quoties intuemur Venerabile
Sacramentum, debemus stare in conspicētū ejus, &
tamquam ab ipso præventi & prius vix reveren-
tiā ei exhibere, simili: *Verite oculos fidei &
pietatis, quibus recipio* modulo cum intrue-
mur. Hoc est ergo quod dicitur: *Intrōit in con-
spicētū ejus in exultatione.* Hoc etiam quod additur,
introuentes in conspicētū ejus; *Scitote quoniam ipse
est Dominus, ipse est Deus.* Nos autem populus ejus &
oves pacientia ejus.

Quid est aliud dicere: *Scitote quoniam Dominus*

Matt. 28.

ipse est Deus, nisi admonere nos certitudinis quam
debet fides nostra habere, credendo quod is qui
ibi continetur, verè Dominus noster est, verè
Deus noster? Est quidem scientia fidei nostra ob-
scura, est tamen certissima, quia initio testimonio
primitæ veritatis, que nec posset falliri nec fallere.
Firmum ergo fundamentum Dei stat, firmum fun-
damentum fidei constat ab eo qui est Veritas & Vi-
ta pronuntiatur: *Hoc est Corpus meum, hic est Sanc-
tus mensa, ego vobis sum sicut ad coniunctio-
nem faciū. Quid consulis, o incredule, carnis
oculum? Divinum consule oraculum. Quid
consulis corporis sensum? Veritatis assertori pre-
be hinc hæfitatione affensum. Accedit homo ad cor psal. 63.*

alium,

vōlēna divina iurari, & exaltabitur Deus,

nec quæ voluerit scire homo comprehendet, nec

fari apprehendet, nisi intellectum captiverit ob-

sequitum Christi, in obsequium fidei: Defecerunt

seruitores scrutinio. Cave ergo murmurare cum

Capharnaïtis & retrò abiit dicendo: Quomodo

hic potest nobis carnem suam dare ad manducandum?

Sed potius dic cum Propheta: Dominus aperit

mibi aurum, ego autem non contradicio, retrosum

non abui. Immo dic cum Apostolis: Domine ver-

ba vita eterna habes, ad quem ibimus?

Ocu-

lus fidei ribi hic nec clarius est, qui omnia penet-

rat quamlibet absconditas. Ille idem oculus qui

ultra parietem humanae infirmitatis agnoscit Deum

absconditum in stabulo; in patibulo, in sepul-

chro, vitam in morte, summum spiritum in expi-

atione; orbem nunc clausum modo agnoscit Orbi-

bus Dominum in mystica consecratione. Et li-

cet oculus corporis videatur adhuc post confec-

tionem cernere panem, cernere vinum, ejusdem

coloris, odoris, saporis, siue antea; oculus tamen

fidei illum corrigit, & docet non esse panem,

neque vinum, sed corpus Christi Domini ac Deino-

stri, hæcque accidentia non manere nisi ad myste-

rium, ad meritum augmentum; & sub illis latere

divinitatem carni unitam in Verbo & vero Filio

Duci.

Scitote igitur & Fideles, hic adesse illum qui

Dominus vester est, qui Deus vester est. ipse fecit

vos, ipse redemit vos, ipse vult sanctificare vos, &

glorificare. Vos populus ejus, ipse Rex vester

& Dominus. Vos oves, ipse Pastor qui regit vos,

qui ad pacificam deliciosa doctrinam & gratias deduc-

tit & ad rivulos ex quibus haeritatur aqua refectio-

nis ita ut nihil vobis decelte possit ipso regente,

ipso ducente, ipso palecente. Intrōit ergo portas ejus

in confessione; atria ejus in hymnis, & confitemini

illi: hoc est, gratias illi agite, cordis & ore con-

fidentes ipsum esse Pastorem vestrum, Regem ve-

strum Dominum & Deum vestrum vobiscum sem-

peria hoc mysterio presentem. Agnoscite verum

esse quod in Apocalypsi voce coelesti pronuncia-

tum est: Ecce Tabernaculum Domini cum hominibus;

& ipsi populus ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit eo-

rum Deus. An non hoc manifeste agnoscendum est,

Aaaa 2 dum

dum sacratissimum tabernaculum in medio nostri
cernitur (corpus scilicet ius in quo divinitas habitat)
illudque tabernaculus nostris vult adornari, ut in
illis possit adorari? Ibi Emmanuel, hoc est, Nobiscum
Deus, & nobis specialiter Deus. Utinam & nos
specialiter simus populus eius, speciali subiectio-
ne, devotione, servitute, obsequio, adoratione!
Non enim taliter fecit omni nationi, & mysteria
sua benevolentiae specialis symbola non manife-
stavit eis. Nec enim est alia ratio tam grandis ac
natio Christiana, qua habeat Deos appropinquan-
tes sibi, sicut Deus noster adest nobis. Nam in no-
bis manet, & nos in eo per admirabilem unionem
& communicationem. Inter nos usque in finem sa-
culi hoc Sacramento agit, nullam nostrum habens
indigentem, sed solum ut suam nobis demonstraret
admirabilem charitatem & bonitatem, nostram
que reciprocè excitet ipsam & amorem; hinc unus
quique nostrum coram eo potest dicere: Ecce Deus
meus, fiducialiter agam, & non timebo quia fortitudo
Iesus mea Dominus. Et factus es mihi in salutem. Exul-
tet ergo Fidelium cœtus, jubile, & gratias agat:
tamquam populus Domini, tamquam greci pascue-
ejus, introcat portas ejus in confusione, atria in
hymnis; imò intrat usque in sancta sua aëdiorum de-
votionis, sanctissime affectibus: tamquam sacris
pedibus; nec enim jam sicut olira ullus excluden-
tur, quandoquidem omnibus inclinatur: Exulta
Elauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui Ia-
sus Israhel. Magnus utique in medio tui, & Ecclesia
fidelis, qua habitatio Sion ob contemplationem
nominaris! Magnus in medio tui sanctus Israhel, is
qui in se sanctus est, qui à sancto est, qui San-
ctificator est, qui Principium est & Fons omnis
sanctificationis. Ipse longè sublimius in medio tui
est, quam fuerit in medio Synagogæ, in medio a-
sq[ue]i populi Israël, deoque Istrictus ad gratiarum
actionem & recognitionem obligaris.

PARS III. Tertio adjicitur: Laudate nomen eius, quoniam
Psalmi. Tuuus es Dominus, in sternu[m] misericordia ejus,
& usque in generationem & generationem veritas ejus;
Multiplex est nomen Domini, sic multiplex ei-
laus debita est, cum ab Angelis, tum ab homini-
bus: Magnus Dominus & laudabilis nimis in civitate
Dei nostræ in monte sancto ejus. Non solùm in civitate
sua cœlesti, sive in Ecclesia triumphantie laudes e-
jus decantantur, dum ibi gloriæ suæ magnitudi-
nem electis clarè manifestat; sed etiam in sua ci-
vitate terrestri, hoc est in Ecclesia militante; quia
& ibi magnus & laudabilis nimis. Magnus in san-
ctitate, Sanctus ipse Sanctorum, sanctificans suæ
participationem omnibus offerens in hoc Sacra-
mento, omnes ad eam vocans. Magnus in potentia,
dum ejus omnipotenti virtute fit ut quoties sacer-
dos verba ab ipso instituta pronunciat, mox panis
transubstantietur, & in corpus divinitati unitum
comunetur. Verè hic Dignus Dei est, verè agnoscit
sibi Vox Domini in virtute, Vox Domini in magni-

centia. Magnus ibidem in sapientia, quia admirabilis
ad inventione sapientia ejus sit, ut in finem usque
seculi nobis eum maneat secundum humanitatem
sub speciebus sacramentalibus, & nihilominus se-
cundum eandem apud Patrem sit per præferiam
visibilem. Magnus in bonitate & charitate, quia
cum ad bonitatem spectet sed diffundere & com-
municare, non potuit aliozines ærctiori modo id
facere. Magnus in liberalitate, quia omne datum
optimum & omne donum perfectum hie gratis of-
fert cuilibet voluntati accedere; & tamquam fons
exhaustus patens est omnibus, optatque omnes
haurire de se a quam vita, exuberantiam Spiritus
& gratia. Magnus denique in justitia, quia justi-
tum ordinavit ut eadem via homini restiteretur
vita, qua veseum mortis propinatum fuerat. Per
cibum homo petierat, per cibum homo vitam re-
cepit. Per eam Satan vicit hominem, per eam
hanc Sacramentalem vincitur. & omne damnum
reparandum ejus confusione. De prima eca di-
citur: In quacunque die comedens morte morieris. De
Gen. 20. secunda eca dicitur: Qui manducat hunc panem, **Ioan. 6:**
vivet in eternum. Sic cibis mortis vita opponitur.
alimonia.

Multiformis proditoris artus ut armi falleret,
Et mediam serret inibi hostis unde lazerat.

Magous & Dominus & laudabilis nimis in
civitate nostra in monte sancto ejus, in Ecclesia ab
ipso sanctifica & elefa: Date ei magnificientiam, **Deut. 33:**
quia ejus perfetta sunt opera, & omnes via ejus iudicata.
Laudate eus sanctitatem, potentiam, sapientiam,
charitatem, bonitatem, munificiam, iustitiam;
quia omnes ista perfections & infinita alia emi-
nent in hujus Sacramenti institutione, que in-
cepit in monte sancto Sion, & perennabit in mon-
te Sion mystico per alterum illum figurato. Lau-
dare ergo Sion Salvatorem, lauda Ducem & Pastor-
em in hymnis & canticis. Quantum potes tantum
aude, quia major omnia laude nec laudare sufficiens.
Dicit recte Psaltes Dominus: Secundum nomen tuum **Psal. 47:**
Ecclaustra. Cum ergo urjam diximus multiplex
sit nomen Domini, prout in hoc Sacramento no-
bilium se gerit, etiam à nobis laus multiplex de-
bet reddi. Attende multiplex ejus nomen. Ipse ho-
nostrus est Salvador & P[ro]temp[or]is redemptio[nis],
applicans pretium & lysis remedium. Ipse est
Sacerdos & Sacrificium, sciptum hic mystice ut
Agnum immolans in finem facili. Ipse est Deus &
P[ro]p[ter]a, nos tamquam oves suo pascens cruce
sua nutritus divinitate. Ipse est Sanctificator &
Protector, sui nos hic sanctificans sanguinis asper-
fitione, & in protectionem suscipiens sub umbra sua
& tegmine. Ipse est Sponsus & amator nos sibi hic
maritata admirabilis conjugatione & amore. Ipse
est Glorificator, optans nos ad gloriam perdure-
cere, & participes facere aeterna coronam. O quo-
tutius & nominibus debemus gratias & laudes.
ejus toto cordis affectu decantare! Omnia haec
nomina, omnes hi tituli, nomina sunt & tituli mi-
sericordie.

sericordia, indicantque causas varias strissime erga eum obligationis. Nomina sunt suavitatis & dulcedinis, quam exhibuit per bonitatem suam, & in æternum exhibebit, ut merito dixerit Prophetæ: Laudate nomen ejus, quoniam suavis est Dominus, in eternum misericordia ejus. Suavis utique in hoc Sacramento, in quo dulcedo & suavitatis veluti in suo fonte potatur, ita ut fidelibus jure hic inclinetur; Gaudete & videte quam suavis est Dominus. Manda hic ministratus habens omne delectamentum & omnem saporem suavitatis. Favus cum melle porrigitur; juxta suavissima illa aspersione verba ad hoc Sacramentum invitantis: Comedi favum cum melle meo. Quid est favus cum melle, nisi caro Christi cum ejus divinitate? An non favus Corpus virginum Christi, quod efformavit MARIA tamquam apis purissima & floribus sanguinis sui purissimi, ut illius suavitate reflectentur cuncti credentes utique in finem seculi? Habet favus iste cellulas melliferas, quia viscera Domini Iesu misericordia affluit, nec defertur formina per quæ effluent. Cellæ sunt melia vulnera ejus plena pietate, dulcedine, charitate; per has cellulas gustare licet, quam sit melleus, quam delicioſus & suavis Dominus Deus noster, & id maximè in hoc Sacramento. Per has etiam cellulas licet hic confidere, quanta sit ejus misericordia, quæ etiam permanet nobilissimum in æternum. Hic memoriam abundantissimam suavitatis ejus eructat cor pium, eructant labia sacra anima; memoria quoque perennans misericordia ejus, quia Memoria fecit mirabilium suorum misericordiarum & miserationum Dominus, dum escam hanc dedit timentibus se. Laudent ergo in hoc festivo die omnes fratres nomen ejus, accedentes, gustantes, agnoscant quoniam suavis est Dominus, & in æternum misericordia ejus.

Postremo addit Propheta noster: Vtque in generationem & generationem veritas ejus. Nempe veritas quæ se auctoritatem nobiscum verè esse in hoc Sacramento dando carnem suam & sanguinem, de generatione transiit generationem: & a mille jam & sexcentis annis sic crediti omnis generationis sancta, coluit, adoravit, manducavit. Hæc veritas à Domino pronunciata, ab Apostolis tradita, à Martyribus sanguine confirmata, à Doctoribus Ecclesiæ elucidata, miraculis innumeris signifata & comprobata, transiit de ore in os, de animo in animum, de fide in fidem; de fide docentis in fidem audiientis, de fide Ecclesiæ in fidem filiorum ejus, qui sunt generatione sancta, ita ut hic verum sit illud Dominus: Spiritus meus qui est in te & verbamea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore sanctorum tuorum, dicit Dominus amodo & uisque in sempiternum. Hoc fons meum cum eis dicit Dominus.

Sola ergo generatione incredula, quæ non direxit cor suum, & non est credidit secum Deo spiritus ejus, generatio prava & exasperans hunc obnubit. Veritati,

Hæc est generatio hæresim sedans cum pertinacia, ideoque in errores varios abiens, quia non audit Ecclesiam quæ est Columna & firmamentum veritatis; Interpretaque fida verborum Iesu & promissionis ejus. Hæc est generatio illa de qua verum est, quod dicit Sapiens: Generatio qua Patri suo maledicit, & que Matri sua non benedicit. Generatio qua filii mundi videntur & non est lota à ordibus suis. Pp. 30. Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebra ejus in alia surrecta. Generatio qua pro demibus gladios habet, & commandis molaribus suis, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. Singulæ enim ista nostris convenient hereticis. Ipsi Patri suo maledicunt, Deo felices Christo quoque, auctorem eum peccati dum faciunt; & Matri sua non benedicunt, quia Ecclesia Matris vocem non audiunt. Ipsi sunt generatio quæ videntur subimunda, quia per extermam quandam & impunitam iustitiam & per speciem fiduciam mundari se putant & justificari, sed quia inanis est hæc iustitia & fiducia, manent in ordibus suis illotii & immundi. Ipsi sunt generatio cuius excelsi sunt oculi, quia in ipsis superbia omniæ hæresis mater est, & illa semper ascendit, ita ut se erigat contra Deum & Ecclesiam ejusque doctrinam & sacramenta. Ipsi deripiunt pro deatibus gladios habent, & commandunt molaribus suis, quia gladio lingua omnia sacrificauntur: & comedunt inopes & pauperes de terra, dum audientium animos simplicesque fideles veneno suo insuicunt, & quasi deglutientes in inferno absorbent. Sed quicquid moliantur & oclament, quantumlibet ut eanes rabiosi oblati, ringantur, mordeant, hanc veritatem Eucharisticam, non deficiet umquam illa. De generatione in generationem transiit hæc veritas: & inventio invenientur semper aliqui qui verbis & scriptis, lingua & calamo, imò morte & sanguine eam confirmant & obsequuntur, etiam tempore Antichristi, cuius hi Pseudo Christiani Præcursoris sunt & Metatores, ut loquitur S. Cyprianus; quia Veritas Domini manet in eternum.

Concludamus igitur & dicamus: Exulta Domine Iesu Christi per gratiam tuam corda fidelium, si ut in hac die solemnitatem coram te jubilent in universa terra, & serviant tibi in latitia, in recordatione toti beneficiorum atque mediante hoc Sacramento perceptorum. Introcent in confiteitu tuo in exultatione, quia tu es fortitudo, spes, & gloria eorum. Scilicet te Dominum suum & Deum suum, & ut tales adorent; quia tu creator es, qui fecisti eos cum non essent; Tu Redemptor & Salvator es, qui redemisti eos cum vendici essent; revo casti ad salutem cum perirent; Tu Pastor, & Dux, ipsi populus tuus & oves pascuæ, quia errantes reduxisti, & tua divinitate euæque substantia pascere dignaris; Tu Glorificatores, ad æternitatis bearces dirigaris; Tu Glorificatores, ad æternitatis bearces dirigaris;

Lauda

Aaaa 33

Can. 52

Bibl. 110.

Maj. 50.

Bibl. 77.

Gen. 22.
Iohann. 6.
Deut. 32.

Psal. 47.

Laudent nomen tuum , & ex præcordiis sonent
præconia, agnoscentes quia uerbis es suavis in-
sericordia tua, in æternum permanens super eos
qui nunquam deserunt veritatem quam perennare
voluti de generatione in generationem , donec
eam plenius sine volo contemplemur; quando my-
sticis symbolis ablatis faciem tuam nobis revela-
bis, & in illa limpide mysteria nobis jam abscondi-
ta agnolcemus.

THEMATA PER OCTAVAM VENERAB.
SACRAMENTI.

Verè tu es Deus absconditus , Deus Irael Salvator.
Iaia. 45.
Explicatur in Candelabro Mystico. Tract. 4. Lect. 1.
Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & mis-
erator Dominus. Psal. 110.
Explicatur ibidem fusè Lectio secundâ , item
Lectio quartâ .
Ecce positus est hic in ruinam , & in resurrectionem
mulinorum in Irael , & in signum cui contradicetur.
Luc. 2.
Explicatur de hoc Sacramento , & de praesentia
reali Christi; cui hic contradicunt hæretici. Vi-
de Lectio terciâ ibidem.

Fleto genus ad Patrem , ut positis comprehendere quis
sit longitudo & latitudo , sublimitas & profundum
Ephel. 3.

Explicatur id de dimensionibus amoris divini , &
quæ in hoc eluent Sacramento, Lectio 4.

Constituite diuinum solemnem in confessis uigilias ad cornu al-

taris , & dicitur Deus meus es tu. Et confitebor tibi, Deus

meus es tu. Exaltabo te Psal. 117.

Explicatur hoc de eodem Sacramento, Lectio 6.

Propositione 2. ubi multa de institutione hujus

Festis.

Quod bonus ejus , & quod pulchrum ejus , nisi fru-

mentum electorum , & vinum germinans Virgines?

Zach. 9.

Explicatur de hoc Sacramento Lectio 8. per

totam , cum exhortatione ad juvenes & virgi-

nates.

Probat autem seipsum homo , Et sic de pane illa edat. 1.

Cot. 11.

Explicatur Lect. 9. ubi fusè de dispositione requi-

sita ad hoc Sacramentum.

Ecce panis Angelorum factus cibus viatorum , verè

panis filiorum non mitendus canibus. S. Thomas

in officio.

Explicatur per totam Lectio decimam copio-

sé & moraliter.

TRACTATVS III.
DE DOMINICIS POST
PENTECOSTEN.

LECT. I. DOMINICA II. POST PENTECOSTEN.
tripar-

titaria.

Homo quidam fecit cœnam magnam , & vocavit mul-

tos , &c. Luc. 14.

E multis convivis mensio fit in sa-

criis litteris , quæ infelicem sortita

fuerit exitum , multisque attule-

runt exitum. Quid infelicius con-

vvivio Abafalonis ? In illo temulen-

tus Ammon interemptus est , filius

Regis, frater Abafalonis; siue sedavit frater im-

te. 3. Reg. 3 pius fraterno sanguine convivium suum quasi Re-

gium, non sine acerbo luctu Parentis, ac corum qui

fuerant iœvitati de comitatu Regio, quos fugâ libi

opportuit consulere. O funestum convivium ! De

Abafalone illud dicere possumus :

DE multis convivis mensio fit in sa-

criis litteris , quæ infelicem sortita

fuerit exitum , multisque attule-

runt exitum. Quid infelicius con-

vvivio Abafalonis ? In illo temulen-

tus Ammon interemptus est , filius

Regis, frater Abafalonis; siue sedavit frater im-

te. 3. Reg. 3 pius fraterno sanguine convivium suum quasi Re-

gium, non sine acerbo luctu Parentis, ac corum qui

fuerant iœvitati de comitatu Regio, quos fugâ libi

opportuit consulere. O funestum convivium ! De

Abafalone illud dicere possumus :

Fasidit vinum, quia jam fuit ipse cruentum:

Tam bibit huic avide, quam bibit ante merum.

Quid infelicius iterum convivio Balthasaris? in il-

lo manus coelestis in pariete regio fuquestum exarat

decretum : Mane, Tecel, Phares; quod interpretatur Dan. 5.

Daniel: Numeravit Deus regnum tuum & complevit

illud : Appensus es in statera , inventus es minus

habens. Dirijum est regnum tuum , & datum Medis

& Persis. Eademque nocte R. x. inclefus est , &

succedit in regnum Darius Medus. O funestum

convivium !

Quid magnificientius convivio Assueri ? Ad il-

lud invitatus est omnis populus , à maximo usque

ad minimum , sepmecum diebus p̄paratum fuit

in vestibulo horri & nemoris, quod regio cultu &

manu confitum erat. Verum quā infelix illius

exirus, dum ibi Vashti Regina, pulchra valde, à

Rege irā & furore succenso ignominiosè repudiata

est: Similiter convivium quod Esther eidem Regi, Esh. 7.

& ejus primo Principi Aman p̄pararat festivum

erat, deliciis & jucunditate refeuit ; sed infelix

ilius fuit exirus, dum ab illo Aman rapitus & eri-

gitur in patibulum corvis futurus pabulum. O fu-

testum convivium ! Sic & de aliis multis conviviis

notum est.

Felicius his convivium illud & cœna magna de

qua